

*cis Horyne et V — — nificis con-  
sulum iuratorum. Datum Prage  
sabbato ante Penthecosten Anno  
Domini Millesimo Trecentesimo  
nonagesimo Secundo. Elegans ma-  
nus.*

CXXV.

VII E. 7

325 Codex membraneus lat. Sec.  
XIII. ineuntis. Folior. 259. fi. ni-  
tide, licet a diversis manibus,  
exaratus, rubricisque passim no-  
tisque marginum distinctus exhi-  
bet Paraphrasin metricam Libro-

*Nil homini melius quam si diuina legendo*

*Figat ibi uitam quo sibi uita uenit &c.*

*Finit: Lectio iugis alit uirtutes. lucida reddit*

*Intima. declinat noxia. uana fugat.*

*Petri ipsius hic foetus, an Aegi-  
dii Parisiensis ejus συγγεγραμ-  
matis, ignoro. Mox: In-  
cipit prologus in libro floridi aspec-  
tus. Sodalium meorum peticio cum  
quibus conuersando florem infantie  
exegi. ut librum pentateucum moy-  
si. stilo metrico depingerem. et in-  
de aliquas allegorias elicerem in-  
stanter persuasit. — Neque enim  
fas erat offendere. illos cum quibus  
in scholis ab infantia. conuersatus  
sum. cum quibus libros grammatice  
percurri. ciceronis flores aureos le-  
gi et elegi. laborintum aristotilis  
aliquantulum inspexi. sed non peni-  
tus introiui. — Porro uisum est et  
mibi huic libro iuxta operis teno-  
rem hoc nomen congruenter impo-*

*rum S. Scripturae, quam Autor  
Petrus de Riga Can. et Cantor  
Rhemensis, qui a. 1209. uivis  
excessit, Auroram inscripsit. Agit  
de ea diligenter Polyc. Leyserus  
in Hist. Poet. et Poem. med. aevi  
a p. 592. ex Mss. Helmeftad. et  
Guelpherbyt. quorum, si lubue-  
rit, recensum nostrum conferet  
Lector. Ordinem Librorum,  
quoad fieri poterit, sequemur,  
quem Tritemius in Scriptt. Eccl.  
n. 388. adsignat. Inuium facit  
Prooemii instar Carmen nemini  
memoratum 10. Distichor. ita:*

*nere. Aurora. — quod sicut an-  
gelus teste hystoria quam percurro  
post luctam nocturnam laetus est  
ad iacob. dimitte me aurora est.  
sic et ego post luctam et laborem.  
quem in hoc opere exercui. quo-  
dammodo librum meum. eisdem uer-  
bis allocutus sum dicens. dimitte  
me aurora est. Quasi dicitur. fi-  
nem huic impono operi. quia figu-  
ras et umbras hystorie explicui. et  
ueritatis fulgor patenter illuxit.  
Sat ingeniose! Verum non in so-  
lo Pentateucho stitisse Petrum,  
Codex docet. Sequitur Carmen  
hexametrum, quod in margine  
Aliud proemium. Inuocatio. et  
Narratio dicitur, versuum 56.  
hoc initio:*

*Auctoris mendico stilum. falerasque poeta.*

*Ne mea segnitie clio deiecta senescat.*

*Ne jaceat calamus. scabra rubigine torpens &c.*

Nihil horum *Leyserus*, cujus Prologus: *Initium mundi* &c. a nostro Exemplo abest. *Initium Operis* nobis:

*Primo facta die duo. celum. terra. leguntur.*

*Fit firmamenti spera sequente die &c.*

E. L. *Exodi* fol. 28. Praecepta Decalogi adseribo:

*Sperne deos. fugito periuria. sabbata serua.*

*Sit tibi patris honor. sit tibi matris amor.*

*Non sis occisor. mechus. fur. testis iniquus.*

*Vicinique thorum. resque caueto suas.*

Usque ad L. *Judicum* initia nostra cum *Trithemio* conveniunt. Exemplo abfuere, quae nobis incipiunt:

Verum hic *Disticha* 5. ab illius

*Post iosue de iudicibus narratio fiat.*

*A quibus auxilium sumpsit hebreæ tribus &c.*

Idem accidit in LL. *Regum*, praeuentibus. Ita: 5. *Distichis* rursus ejus initium

*Post librum de iudicibus sacra lectio tractans.*

*De regum titulis nobile ponit opus &c.*

Alio deinceps ordine nobis filum tenditur, quam *Trithemio*; Succedunt enim *Oracula Prophetarum*, *Historia Susannae*, *Esther*, *Macchabaei* et *Historia Evangelica*. Atque hic est, quod moneam, lapsum fuisse *Phil. Jac. Lambacherum*, dum P. I. *Biblioth. antiq. Civicae Vindob.* p. 63. Carmen elegans in laudem *B. Virg. Mariae*, quod e *Cod. Petri de Riga* ejus Bibliothecae memorat, in nullo *septem* (dicendum erat decem) *Codd. Bibliothecae Caes.* extare ait, cum tamen vel in *primo*, quem hic recenseo, mox sub initium *Historiae Evangelicae fol. 104.* integrum legatur. Itaque emendanda etiam, quae hoc transcripsit, *Bibliotheca Fabric. med. lat. L. XV.* edit. *Mansf.* p. 278. *Historia* porro *Evangelica* nobis abrumpitur *fol. 114.* in hoc disticho:

*Hac prece dona petis septem uerbisque beatis*

*Septem predictis consona queque uides.*

et succedit *Tobias*, tum proluxa *bis ierosolimorum*, quae sic in-  
ex *Josepho* narratio *De exidio ur-* choat: . . .

*Nero stupens fremuit quod uictus cessit hebreis*  
*Cestius. et titulos hostica pugna tulit &c.*

et cui fol. 140. gravis in *Ju-* exordio: . . .  
*daeos* inferta est *Philippica* hoc

*Qualiter es decepta tuis urbs inclita natis*  
*Quos tua fouerunt ubera lacte sacro &c.*

Hinc sequitur *Job* et *Canticum* *λευτοι*. Initium utrique, ut *Tri-*  
*Cant.* sed versu hexametro, ita, *themio*: . . .  
ut bini sint pene semper *ὁμοτε-*

*Librum iob moysi. quidam attribuere magistri*  
*Eius ut auctori. sed opinio falsa sinistri &c.*  
*Solus origenes cum doctos uicerit omnes*  
*In libris alijs. tamen in libro salomonis &c.*

Dein *Daniel* rursus Carmine ele- *mentum*. Atqui partem *Historiae*  
giaco, cui inferta est p. 185. *Evangelicae* jam p. 104. indica-  
*Historia Susannae*, quae, ut no- vimus. Non exigua itaque in hoc  
tavi, jam supra etiam p. 91. oc- Exemplo regnat confusio. Repe-  
currit. *Danielem* excipit *ἀνεπι-* titur enim illa hic ab ovo, prae-  
*γερσως Judith*, ad cuius calcem minio legitur: *Explicit vetus te-*  
*stamentum Incipit nouum testa-* et *Leyserus*:

*Post legem ueterem respira petre. refulget*  
*Lex noua. fac uersus de nouitate nouos &c.*

Totum hoc Prooemium in expli- fatur. Narratio ipsa ex omnibus  
canda IV. *Evangelistarum* diffe- IV. et *Fl. Josepho* delibata est,  
rentia, mysticoque *Adtributorum*, ducto a *Luca* initio; *Passio* tamen  
quae illis addi solent, sensu ver- ita orditur:

*Juxta matheum domini sacra passio nostri &c.*

Carmen in laudem B. V. de quo supra,

*Arca columba noe fuit hec moysi rubus aaron &c.*

333

## HERMENEUTICI.

334

habetur mox sub initium p. 193. Distichon ultimum:

*Hic loquitur de fine ihesus libroque matheus.  
Ad finem petrus finit et ipse suum.*

Verum mox laborem resumens ita inchoat:

*Dixi me finisse librum sed rursus in actus*

*Poscor apostolicos continuare stilum &c.*

Prooemium est 7. Distichor. nulli memoratum. *Actus* autem ipsi, ut *Job* et *Cantica* hexametris conclusi sunt. *Recapitulatio totius operis*, quam e *Codd. Helmst.* p. 703. repraesentavit *Leyserus*, Codicem nobis terminat absque titulo, ulloque indicio, *Petrum* nostrum hic ultro in equuleum se conjecisse poeticum, Distinctio-

nesque XXIII. in quas tributa est, *λειπογεγραμματος* elaborasse ita, ut Distinctio I. nullum A. Distinctio II. nullum B. &c. censeat. Adscriptum est carmen *Aegidii Parisiensis*, ut contextus innuere videtur, quod, cum recitet p. 739. *Leyserus*, non nisi versus, in quibus ejus Codex peccavit, subnotabo:

*Confociet Christus connumeretque viris.*

*Ut cum te luteo soluet de carcere, regni.*

*Me simul in seriem qui libri abrupta redegi.*

*Mundi, plus oculis cognitus esse dei.*

*Quos super hoc motus, qualia uota tuli &c.*

CXXVI. VII 2. 8

326 Codex membraneus lat. Sec. XIII. Folior. nunc 145. f. praeclare scriptus, rubricisque distinctus complectitur eandem *Petri de*

*Riga Auroram*, licet et Thecae exterius et fronti interius praenotatum sit: *Lumen Animae Petri de Riga*. Plura hic, quam *Cod.* mox indicato, praemissa sunt *παρεργα*. Primo distichon rubro:

*Scire cupis lector quis Codicis istius auctor.*

*Petrus riga uocor cui (Christus) petra rigat cor.*

Sequitur item minio: *Prologus illius qui hunc librum correxit. et suppletens* (suppletiones) *de suo apposuit. et ubicunque inueneris. i. linea greco sagitta* (Guelpherbit. obelum) *Inter duos punctos per to-*

*tum librum ibi sunt dicta et uersus illius.* Brevis est hic *Prologus*, versaturque in Operis laude, hoc initio: *Fraterne caritatis quasi quandam sapit dulcedinem &c.* Succedit *Elegia XX.* Distichor. pa-

riter